## PROEMIUM HUJUSCE SECUNDÆ EDITIONIS.

Opusculum hoc duobus fasciculis comprehensum, annis millesimo octingentesimo vigesimo quarto et sequente hâc civitate editum fuit. At exemplaria forsan pauca é prelis exiere, sive temporum incuria obruta sunt; quô factum est ut pluribus ab hinc annis tum opellæ inventio cum ejusdem adquisitio perquam difficiles fuerint. Propterea et nomina et labores DD. Pauli de la Llave et Joannis Lexarza vel penitus inter nos ignota sunt, aut tantum cognita ob mentionem in scriptis candolleanis et Lindleyanis factam.

Nos igitur oblivionem indecoram redimere cupientes, simulque Heroum nostrorum grata nomina commemorari, et tandem Botanices studio inservire, hanc Fasciculorum editionem, Societatis Agricolæ Mexicanæ impensis efficiendam, typis mandare libentissime aggredimur.

Hoc tantum nobis admonere liceat: Auctores nostri, veterum Nomenclatorum vestigia sequentes, verbo *germen* usi sunt, ubi si nunc scripsissent, illius loco *ovarium* nomen inveniretur: hæc unius verbi substitutis facillime á benevolente lectore fiet.

P. Almazan.

# MINA

Pentandria monoginia. Perianthium: monophyllum, liberum. Corolla; monopetala, tubulosa, basi dilatata. Filamenta corolla duplo longiora, ore tubi inserta. Germen oblongum glandula carnosa cinctum.

M LOBATA.

*Planta*; volubilis ramosa, caule cilindrico glabro.
*Folia;* cordato-trilobata, inferiora scabriuscula aliquantulum villosa, superiora glabra, parum nervosa.
*Pedunculi;* communes longissimi, glaberrimi, striati.
*Inflorescentia;* racemi gemini, secundi, in extremitate cujuslibet pedunculi communis 7-9-11 flori.
*Flores*; semipollicares, ad exortum rubri, adultiores luteo rubentes, postrémo dum ad summam explicationem pervenerunt luteo-albicantes, apice tantum rosei.
*Perianthium*; brevissimun, liberum, monophyllum, carnosum, 5 fidum, lacinniis oblongis, carinatis, marginibus membranaceis, dorso sub apice mucronatis, mucrone carnoso, colorato inermi-
*Corolla;* monopetala, tubulosa, incurva, basi ampliata, lateri-

bus compressa, 5 angularis, tubo intra calicem brevissimo, limbo angustato 5 dentato, dentibus post explicationem floris, rotundatis, mucronatis.

*Filamenta;* quinque, inequalia, corolla duplo longiosa, incurva, ad latus superius corollae inclinata, ore tubi inserta.

*Antherae;* oblongae, sulcatae, biloculares, basi crenatae, polline globoso refertae.

*Germen;* oblongiusculum, obtusum, 5-angulare, angulis obtusis, glandula carnosa basi cinctum.

*Stylus;* filiformis, filamentis paullo longior, stigmate globoso, glandulis tecto.

*Pericarpium;* capsula. . . .

*Semina.* . . .

*Genus ipomœis affine. Vasis testeis Mexici propter florum elegantiam colitur. Floret aestate.—Cerv.*

---

# MORENOA.

---

Pentandria, monoginia. Corolla; incurva, compresiuscula, limbo globoso aut explicato. Filamenta exserta, reclinata. Reliqua, ut in Ipomoca.

M. GLOBOSA.

*Caulis;* teres, scandens, perennis.

*Folia;* alterna, longe petiolata, glabra, hastata, lobo intermedio lanceolato-acuminato, lateralibus in angulum acutum anticé protractis, postice, prolongato-amplificatis, truncatis, hic ut plurimum angulosis, nec raro repandis.

*Flores;* axillares, subfasciculati. petiolo communi praelongo; proprio, brevi.

*Calix;* quinque-partitus, laciniis rotundatis, margine membranaceis, aequalibus, subtus, versus apicem corniculo carnoso donatis.

*Corolla;* punicea, incurva, compressa, limbo globoso, filamentis exsertis, reclinatis. Reliqua ut in ipomoea.

*Floret toto anno in S. José del Corral, ad vias in montosis. Colitur etiam in horto mexicano.—Llav.*

*Cervantesio auctore habemus, plantam quam nunc Morenoam appellamus aliasque bene multas Marianno Lagasca Botanic. Hispan, Principi, multis abhinc annis ob ipso fuisse comunicatas, ut nova instituerentur genera; sed cum Morenoa praesertim in libris qui ad nos pervenerunt minime descripta inveniatur, rité jure nostro utimur.*

# BRAVOA.

Hexandria monoginia. Flores; gemini spathacei. Perigonium; infundibuliforme, ore amplificato. Filamenta; sex fundo tubi inserta, longitudine perigonnii. Ovarium; trigonum adhaerens. Capsula, oblonga trilocularis, trivalvis. Semina, numerosa reniformia.

B. GEMINIFLORA.

*Radix:* bulbus solidus piriformis, tuberculis inferioribus fasciculatis.

*Scapus;* longissimus, teres, articulatus, erectus, apice coloratus.

*Folia;* radicalia ensiformia, patenti-ráflexa, basi punctis coccineis maculata.

*Flores;* alterni, gemini, penduli, breviter pedunculati, spatha squamiformi suffulti.

*Perigonium;* infundibuliforme, fere cilindricum, extus puniceum intus lutescens ore amplificato, limbo sex-dentato, dentibus tribus alternatim minoribus, paulullum introflexis, omnibus obtusis brevissimis.

*Filamenta;* tubi fundo inserta, filiformia, longitudine perigonii antheris versatilibus.

*Ovarium;* oblongum, obscuré trigonum, adhaerens, stylo incrassato, filamentis longiore, stigmate triquetro.

*Capsula;* oblonga trilocularis, trivalvis, perigonio persistenti obtecta.

*Semina;* plurima, reniformía, duplici serie in unoquoque loculamento ordinata.

*Habitat in montibus Micciacanis, et prope Vallisoletum. Floret autummo.—Lex.*

---

# LENNOA.

---

Octandria monoginia. Calix inferus marcescens. Corolla hypogyna, plicata. Stamina octo inclusa. Stigma, truncatum. Capsula unilocularis polysperma.

L. MADREPOROIDES.

*Planta;* nana, crassa.

*Caulis;* teres, carnosus, niveus, radiculis fibrosis simplicissimis.

*Squamulae;* foliacae; bracteaeformes, coloratae, imbricatae, marcescentes.

*Flores;* corimboso-thyrsoidei, purpurinae, pedunculis carnosis, ut plurimum fasciculatis.

*Calix;* monophyllus, basi gibbosus, profunde laciniatus, segmentis octo linearibus, ligulatis, tomentoso-hyalinis, linea purpurina tota lungitudine, intus amplius explicata notatis, apice involutis.

*Corolla;* monopetala, hipocrateriformis pupureo-violacea, tubo calice breviori, ventricoso, albicanti, limbo stellato-plicato, octo-fido, dentibus emarginatis, fauce lutescenti.

*Filamenta;* octo, tubo inserta, plicaturis alternatim opposita,

incurva, nec exserta, antheris geminis, subrotundis, lutescentibus.

*Ovarium;* superum, hemisphaericum coloratum, stylo subulato tubo corollae breviori, stigmate truncato.

*Capsula;* piriformis. unilocularis, octo-valvis, polysperma, seminibus minutissimis.

*Floret prope Vallisoletum autummo.—Lex.*

---

# MATAMORIA.

---

Poligamia aequalis. Calix 4--florus, 4--phyllus, 4--caliculatus. Receptaculum, nudum. Pappus, multiaristatus, aristis duabus longioribus inflexis atque reflexis in hamulum.

*M.* SPICATA.

*Caulis;* bipedalis et ultra, nunc simplex omnino, nunc ramis florigeris in summitate compositus, piloso-hispidulus.

*Folia;* alterna in petiolum brevem decurrentia, obtuse serrata, adultiora obovata, juniora, lanceolata.

*Flores;* bini terni in axillis sessiles spicam exhibent.

*Calix* 4—phyllus, foliolis—4 per paria inequalibus caliculatus.

*Flores* 4 tubulosi, 5 dentati, in umbrosis violacei, de caetero albi.

*Pappus* multi-aristatus, aristis 4 longioribus quarum duae majores virentes inflexae in hamulum.

*Semina* sublinearia villosa.

*Floret februario in semitis et pascuis S. Josephi del Corral.—Llav.*

# ROSALESIA.

Poligamia, aequalis. Calix, de medio ad imum foliolis apice revolutis imbricatus. Receptaculum, nudum. Antherae in imo tubi; styli exserti, eminenter clavati. Pappus. villosus. Semina, striata villosa.

*R.* GLANDULOSA

*Frutex;* biorgialis, ramoso-virgatus, ramis junioribus striatis, pubescentibus, florigeris in extremitate viscosis.

*Folia;* opposita, ovato-subcordata, petiolata, supra aspera, subtus pube subtomentosa, margine crenis subserrata.

*Inflorescentia;* ramulorum extremitate atque in axillis corimbosa, pedunculis 2—5 flores gerentibus.

*Calix;* foliolis constat 8—12 acutis, erectis, aequalibus, striatis, ad medium usque duplici foliorum ordine cinctis, quae ovata sunt, apiceque revoluta; omnibus glanduloso viscosis.

*Flores;* calice paullo longiores, numerosi, pallidè flavi, tubis linearibus, ore stricto, limbo brevissimè 5 dentato.

*Antherae;* in fundo corollae.



*Stylus;* ab ore tubi in stigmata duo dividitur, prelonga, eminenter clavata, divaricata, nec revoluta.

*Receptaculum;* nudum, scabrum.

*Pappus;* pilosus, floribus paullo minor.

*Semina;* cilindracea, striata, villosa.

*Habitat in pascuis S. Jose del Corral; florebat martio.—Llav.*

*Genus, calice, antheris, et stylis preserlim, qui singularitatem quandam plantae tribuunt, a Cacaliis afinibusque prorsus diversum.*

# ALLENDEA.

---

Poligamia superflua. Flos discoideus. Calix imbricatus. Feminae in peripheria semiflosculosae, erectae. Receptaculum squamosum. Pappus pilosus uniformis.

*A.* LANCEOLATA.

*Caulis;* herbaceus, 6 pedalis et ultra, virgatus, ramulis, striato–teretibus, tomentoso–sericeis.

*Folia;* opposita, connata, late lanceolata, in petiolum brevem decurrentia, supra, leté viridia, subtus trinervia, tomento argentata sericeo, margine una alterave papilla denticulata.

*Inflorescentia;* terminalis, subcorimbosa, pedunculis communibus praelongis,, propris multo minoribus.

*Calix;* imbricatus, foliolis acutis.

*Flores;* pallide flavescentes; hermaphroditi, pauciores, in disci centro, tubulosi, limbo 5 fido lacinis revolutis; feminei, multiplici serie, semiflosculosi, filiformes, erecti circunstant.



*Receptaculum;* convexum, paleis praeditum minutis, apice subaristatis, in centro longioribus. Pappus, pilosus uniformis.

*Florebat martio ad ripas stagni vulgo Balsa del Buei in Rio Seco, non longe á S. Jose del Corral.*

*Folia nonnulla altera medietate versus basim abreviata, quasi clauda apparent.—Llav.*

# ABASOLOA.

---

Poligamia superflua. Flos radiatus. Receptaculnm, palaceum. Floscule disci 4—dentati. Semina, papilla coronata.

*A.* TABOADA.

*Caulis*; 3 pedalis, ramosissimus, dichotomus.

*Folia*; opposita, lineari-lanceolata, asperula, dentibus distantibus serrata.

*Flores*; solitarii, dichotomia inserti, longe pedunculati.

*Calix;* aequalis, ex foliolis constans 12–16 duplici circumpositis serie.

*Flores*; feminei; semiflosculosi, albi, numerosi, capillares, 2–3 seriebus collocati; hermaphroditi; concolores, tubulosi, 4 dentati, antheris et stylis flavis, vix ad os tubi pertingentibus.

*Receptaculum*; planum, paleis linearibus acutis, ciliatoserratis.

*Semina;* tetragonoromboidea, apicis centro papilla umbilicata insignita.



*Floret februario et martio in S. Jose del Corral ad ripas Huehueyapa.—Llav.*

*In honorem Emmanuelae Taboada, Marianni Abasolo dum inter vivos versabatur dignisimae conjngis, singulari erga patriam et maritum amore, virilique animi fortitudini et constantia inter mexicanas faeminas notissimae.*

# GALEANA.

Poligamia superflua. Calix, 5 phyllus. Receptaculum nudum. Papus=o. Semina radii, ovata compressa, concava, marginata; disci prismatica.

*G.* HASTATA.

*Caulis;* herbaceus, procumbens, striatus, dichotomoramosus.

*Folia;* opposita, breviter petiolata, ut plurimum glabra, succulenta, nunc hastata, nunc sagitata.

*Inflorescentia;* duplex: in ramorum extremitate racemosa pedunculis brevibus; in inferiori parte, flores solitarii longe pedunculati in dichotomia inserti.

*Calix*; 5 phyllus, foliolis equalibus carinatis.

*Flores;* in disco 5 ut plurimum, hermaphroditi, flavi, tubulosi, 5 dentati.

*Radius:* albus ex tribus constans ligulis, brevissimis, bifidis.

*Receptaculum;* nudum.

*Semina;* in radio, concava margine subdentato; in disco prismatica.

*Habitat in satis S. Jose del Corral; florebat martio.—Llav.*

# ZEXMENIA [1].

Poligamia superflua. Flos radiatus. Calix, duplici foliorum ordini. Receptaculum paleaceum. Semina compressa marginata; disci, 2–aristata; radii, 3–aristata; inter aristulas coronula paleacea.

*Z.* SERRATA.

*Frutex;* sarmentosus, 12–pedalis et ultra, ramis oppositis, teretibus, pubescentibus.

*Folia*; opposita, sublanceolata, petiolata, margine serrato, utrinque aspera; juniora, subtus pubescentia.

*Inflorescentia;* terminalis, racemis. nec raro umbellulis disposita, floribus pedunculatis.

*Calix*; foliolis 10–12 duplici ordine positis, ovatis, apice revolutis.

*Receptaculum;* planum, paleis stratum carinatis, apice dilatatis.

*Discus*; aureus, multiflorus, tubis 5 dentatis.

[1] Inversis hic litteris Ximenez cognomen exhibetur, cum jam inter compositas Ximenesiae genus inveniatur.

*Radius;* 10–12 semiflosculis concoloribus, ovatis, emarginatis.
*Semina;* compressa margine in aristulas duas desinente, inter quas coronula peleacea.
*Semina;* radii ut plurimum aristis tribus.

*Florebat martio in S. Jose del Corral ad vias.—Llav.*

*Verbesinis affinis, sed ab his pappo habituque presertim quam maxime differt.*

# ALDAMA.

Poligamia frustranea. Flos, radiatus. Calix, subimbricatus. Receptaculum, conicum, paleaceum. Semen, palea claustratum apice cucullata.

*H.* DENTATA.

*Caulis;* procumbens, dichotomus, teres, inferiori parte striatus,
*Folia;* opposita, petiolata, sublanceolata, utrinque aspera. dentibus serrata distantibus.
*Flores;* ut plurimum solitarii, longe pedunculati, dichotomia inserti.
*Calix;* foliolis 12, duplici circumpositis ordine, interioribus latioribus, omnibus ciliatis.
*Radius;* aureus 8–10 semiflosculis linearibus, emarginatis.
*Discus;* concolor, tubis numerosis 5 dentatis.
*Receptaculum;* paleis obsitum flosculos amplexantibus.

*Semina;* clausa receptaculi paleis, corrugatis, costatis, apice cucullatis.

*Florebat martio in inundatis rivuli Huehueyapa S. Josephi del Corral—Llav.*

*Folia superiora alterna nec raro lineari lanceolata.*

# HIDALGOA.

Poligamia, necessaria. Flos, radiatus. Calix, duplex. Receptaculum, paleaceum. Pericarpium drupa.

*H.* TERNATA.

*Caulis;* volubilis, altissimarum arborum summitates attingens, easque undequaque venustissime vestiens.
*Folia;* opposita, longe petiolata, ternata, foliolis ovatis, crassiusculis, glabris, serratis.
*Calix;* exterior 3–4 phyllus; interior 5 fidus.
*Flores;* solitarii, longe pedunculati, axillis inserti.
*Radius;* 5 florus, ligulis coccineo-aurantiaceis, ovatis, tridentatis, stylis clavatis, nec revolutis.
*Discus;* flavus, multiflorus, tubis 5 dentatis, stylis concoloribus, simplicibus, abortientibus.
*Receptaculum;* planum, paleis stratum, floribus paullo majoribus, apice deauratis, obtusiusculis.
*Pericarpium;* drupa, ovata, compressiuscula, apice initio, auriculata, in maturitate forcipata.
*Nux;* ossea compressa, etiam ovata.

*Florebat aprili in margine densisssimarum silvarum, prope ultimam cataractam fluminis Blanco, non longe á S. Jose del Corral.—Llav.*